Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sammelhandschrift - Cod. Lichtenthal 7

Langton, Stephen

Frankreich (?), [13. Jh.]

Philipperbrief

urn:nbn:de:bsz:31-35356

Visual Library

ge qui dormis. et exurge a mortuis. et illu-
minabit te xpc. Videte itaque fratres quomodo cau-
te ambuletis. non quasi insipientes. sed quasi
sapientes. redimentes tempus quoniam dies mali sunt.
Propterea nolite fieri inprudentes. sed intelli-
gentes que sit voluntas dei. Et nolite inebri-
ari vino. in quo est luxuria. sed implemini
spiritu sancto. loquentes vobismetipsis in psalmis
et ymnis. et canticis spiritalibus. cantantes et psal-
lentes in cordibus vestris domino. gratias semper agen-
tes pro omnibus in nomine domini nostri ihesu xpi. deo et pa-
tri. Subiecti invicem in timore xpi. Mulieres sub-
dite viris suis sicut domino. quoniam vir caput est
mulieris sicut xpc caput est ecclesie. Ipse salvator cor-
poris eius. sed sicut ecclesia subiecta est xpo. ita et mu-
lieres viris suis in omnibus. Viri diligite ux-
ores vestras sicut et xpc dilexit ecclesiam. et se ipsum
tradidit pro ea. ut illam sanctificaret. mundans la-
vacro aque in verbo. ut exhiberet ipse sibi glorio-
sam ecclesiam. non habentem maculam. aut rugam. aut ali-
quid huiusmodi. sed ut sit sancta et immaculata. Ita et vi-
ri debent uxores suas diligere ut corpora sua. Qui
suam uxorem diligit. se ipsum diligit. Nemo enim
carnem suam odio habuit. sed nutrit et fovet
eam sicut et xpc ecclesiam. quia membra sumus corporis
eius de carne eius. et de ossibus eius. Propter hoc
relinquet homo patrem et matrem suam et adherebit
uxori sue. et erunt duo in carne una. Sacramentum
hoc magnum est. Ego autem dico in xpo et in ecclesia. Ve-
rumtamen et vos singuli. unusquisque suam uxorem sicut se
ipsum diligat. Uxor autem timeat virum suum. VI
Filii obedite parentibus vestris in domino. hoc enim iustum
est. Honora patrem tuum et matrem tuam. quod est primum
mandatum in promissione. ut bene sit tibi et sis lon-
gevus super terram. Et patres nolite ad iracundiam
provocare filios vestros. sed educate eos in disciplina
et correptione domini. Servi obedite dominis carnalibus
cum timore et tremore in simplicitate cordis vestri sicut
xpo. non ad oculum servientes quasi hominibus placentes.
sed ut servi xpi facientes voluntatem dei ex animo. cum
bona voluntate servientes sicut domino et non hominibus.
Scientes quoniam unusquisque quodcumque fecerit bonum hoc
recipiet a domino. sive servus sive liber. Et vos
domini eadem facite illis remittentes minas.
scientes quia et illorum et vester dominus est in celis. et personarum ac-
ceptio non est apud deum. De cetero fratres confortami-
ni in domino. et in potentia virtutis eius. Indui-
te vos armatura dei. ut possitis stare adversus
insidias diaboli. quoniam non est nobis colluctatio adver-
sus carnem et sanguinem. sed adversus principes et

potestates. adversus mundi rectores tenebra-
rum harum. contra spiritalia nequicie in celestibus. Propte-
rea accipite armaturam dei. ut possitis re-
sistere in die malo. et in omnibus perfecti stare.
State ergo succincti lumbos vestros in veritate. et
induti loricam iusticie. et calciati pedes in prepara-
tione evangelii pacis. In omnibus sumentes scutum
fidei in quo possitis omnia tela nequissimi
ignea extinguere. Et galeam salutis assu-
mite. et gladium spiritus quod est verbum dei. per orationem [omnem]
et obsecrationem orantes omni tempore in spiritu. et in ipso
vigilantes in omni instantia et obsecratione
pro omnibus sanctis et pro me. ut detur michi sermo in apertione
oris mei cum fiducia notum facere misterium evangelii
pro quo legatione fungor in catena; ita ut in ipso
audeam prout oportet me loqui. Ut autem et vos
sciatis que circa me sunt quid agam. omnia no-
ta vobis faciet tychicus karissimus frater. et fidelis mi-
nister in domino. quem misi ad vos in hoc ipsum ut
cognoscatis que circa me sunt. et consolentur
corda vestra. Pax fratribus. et caritas cum fide a deo
patre et domino ihesu xpo. Gratia cum omnibus qui diligunt [nostrum]
dominum nostrum ihesum xpm in incorruptione. Amen.

Philippenses sunt macedones. Incipit argu-
hy accepto verbo veritatis perstiterunt mentum
in fide. nec receperunt falsos prophetas apostolos.
hos collaudat apostolus scribens eis a roma de car-
cere per epafroditum. Ad philippenses epistola.

I

Paulus et thymotheus servi xpi omnibus
sanctis in xpo ihesu qui sunt philip-
pis. cum episcopis et dyaconibus gratia vo-
bis et pax a deo patre nostro et domino
ihesu xpo. Gratias ago deo meo in omni me-
moria vestra. semper in cunctis ora-
tionibus meis pro omnibus vobis. cum gaudio
deprecationem faciens. super communicatione vestra
in evangelio xpi. a prima die usque nunc. confidens hoc
ipsum. quia qui cepit in vobis opus bonum perficiet usque
in diem xpi ihesu. sicut est michi iustum hoc sentire
pro omnibus vobis. eo quod habeam vos in corde et
in vinculis meis. et in defensione et confirma-
tione evangelii. socios gaudii mei omnes vos esse.
Testis enim michi est deus. quomodo cupiam omnes vos in vis-
ceribus ihesu xpi. Et hoc oro. ut caritas vestra ma-
gis ac magis habundet in omni scientia et in omni
sensu. ut probetis potiora. ut sitis sinceres
et sine offensa in diem xpi. repleti fructu iusti-
cie per ihesum xpm in laudem et gloriam dei. Scire autem
volo vos fratres quia que circa me sunt magis ad
profectum venerunt evangelii. ita ut vincula mea ma-

manifesta fierent in christo in omni pretorio et in omnibus
ceteris locis. ut plures e fratribus confidentes in
domino vinculis meis habundantius auderent
sine timore verbum dei loqui. Quidam quidem
et propter invidiam et contentionem. quidam autem et propter
bonam voluntatem christum predicant. quidam
ex caritate. scientes quia in defensione evangelii po
situs sum. quidam autem ex contentione christum annun
tiant. non sincere existimantes pressuram se sus
citare vinculis meis. Quid enim? dum omnimodo sive per
occasionem. sive per veritatem christus annuntietur? et in hoc gau
deo. sed et gaudebo. Scio enim quia hoc michi proficiet
ad salutem per orationem vestram. et subministrationem
spiritus ihesu christi. secundum exspectationem et spem meam. quia in nul
lo confundar. sed in omni fiducia sicut semper et nunc
magnificabitur in corpore meo. sive per vitam
sive per mortem. michi enim vivere christus est et mori lu
crum. Quod si michi vivere in carne hic fructus
operis est. et quid eligam ignoro. coartor enim e du
obus desiderium habens dissolvi et esse cum christo. mul
to enim magis melius est. permanere autem in carne
necessarium est propter vos. Et hoc confidens scio quia
manebo et permanebo omnibus vobis ad profec
tum vestrum et gaudium fidei. ut gratulatio vestra
habundet in christo ihesu. in me per meum adventum
iterum ad vos. Tantum digne evangelio christi conversamini. ut
sive cum venero et videro vos. sive absens audiam de vo
bis. quia statis in uno spiritu unanimes conlaboran
tes in fide evangelii. et in nullo terreamini ab adversa
riis que est illis causa perditionis. vobis autem causa sa
lutis. et hoc a deo quia vobis donatum est pro christo non solum
ut in eum credatis. sed ut etiam pro illo patiamini. idem
certamen habentes. quale et vidistis in me et nunc au
distis de me. ·II·

Siqua ergo consolatio in christo. siqua solacium caritatis.
siqua societas spiritus. siqua viscera miserationis.
implete gaudium meum ut idem sapiatis eandem
caritatem habentes. unanimes idipsum sentien
tes. nichil per contentionem. et inanem gloriam. sed in humi
litate superiores sibi invicem arbitrantes. non
que sua sunt singuli considerantes. sed et que aliorum. Hoc
enim sentite in vobis. quod et in christo ihesu. Qui cum in for
ma dei esset. non rapinam arbitratus est se esse
equalem deo sed semetipsum exinanivit formam
servi accipiens. in similitudinem hominum factus.
et habitu inventus ut homo. Humiliavit semet
ipsum factus obediens usque ad mortem. mortem autem
crucis. Propter quod et deus illum exaltavit et donavit
illi nomen quod est super omne nomen. ut in nomine ihesu omne
genu flectatur. celestium. terrestrium et infernorum

et omnis lingua confiteatur. quia dominus ihesus christus in gloria
est dei patris. Itaque karissimi mei. sicut semper obedistis
non ut in presentia mei tantum. sed multo magis nunc
in absentia mea cum metu et timore et tremo
re vestram salutem operamini. Deus enim qui operatur in
vobis. et velle et perficere pro bona voluntate. Om
nia autem facite sine murmurationibus et hesita
tionibus. ut sitis sine querela. et simplices
filii dei sine reprehensione in medio nationis pra
ve et perverse. inter quos lucetis sicut luminaria
in mundo. verbum vite continentes ad gloriam me
am in die christi. quia non in vanum cucurri. neque in va
cuum laboravi. sed et si immolor supra sacrificium
et obsequium fidei vestre. gaudeo et congratulor om
nibus vobis. Idipsum autem et vos gaudete et congra
tulamini michi. Spero autem in domino ihesu timo
theum me mittere cito ad vos. ut ego bono animo
sim cognitis que circa vos sunt. Neminem enim ha
beo tam unanimem qui sincera affectione pro vo
bis sollicitus sit. Omnes enim que sua sunt querunt.
non que ihesu christi. Experimentum autem eius cognoscite. quia sic
ut patri filius mecum servivit in evangelio. Hunc
igitur spero me mittere ad vos. mox ut videro que
circa me sunt. Confido autem in domino. quoniam et ipse
veniam ad vos cito. Necessarium autem existima
vi epafroditum fratrem et cooperatorem et commi
litonem meum. vestrum autem apostolum. et ministrum
necessitatis mee mittere ad vos. quoniam quidem
omnes vos desiderabat et mestus erat propterea quod au
dieratis illum infirmatum. Nam et infirma
tus est usque ad mortem. sed deus misertus est eius. non solum autem
eius verum etiam mei. ne tristiciam super tristiciam
haberem. Festinantius ergo misi illum. ut viso
illo iterum gaudeatis. et ego sine tristicia sim.
Excipite illum itaque cum omni gaudio in domino.
et eiusmodi cum honore habetote. quoniam propter opus christi
usque ad mortem accessit tradens animam suam
ut impleret id quod ex vobis deerat erga meum
obsequium. ·III·

De cetero fratres mei gaudete
in domino. Eadem vobis scribere michi quidem
non pigrum. vobis autem necessarium. Videte canes.
videte malos operarios. videte concisionem. Nos
enim sumus circumcisio qui spiritu deo servimus. et gloriamur
in christo ihesu. et non in carne fiduciam habentes. quamquam ego
habeam confidentiam in carne. Siquis autem alius
videtur confidere in carne. ego magis circumcisus
octava die ex genere israhel de tribu beniamin.
hebreus ex hebreis. secundum legem phariseus. secundum emu
lationem persequens ecclesiam dei. secundum iusticiam que in le
ge est conversatus sine querela. Sed que michi fuerunt

lucra. hec arbitratus sum propter Christum detrimenta.
Verumtamen et existimo omnia detrimentum esse propter
eminentem scientiam Ihesu Christi domini mei. propter quem
omnia detrimentum feci. et arbitror ut stercora ut
Christum lucrifaciam. et inveniar in illo. non habens me
am iusticiam que ex lege est. sed illam que ex fide est
Christi. que ex deo est iusticia in fide ad cognoscendum
illum. et virtutem resurrectionis eius. et socie
tatem passionum illius. configuratus morti eius si
quomodo occurram ad resurrectionem que est ex mor
tuis. non quia iam acceperim. aut iam perfectus sim.
sequor autem si quomodo comprehendam. in quo et compre
hensus sum a Christo Ihesu. Fratres. ego non arbitror me com
prehendisse. unum autem. Que quidem retro sunt ob
liviscens. ad ea vero que sunt priora extendens me
ipsum ad destinatum persequor. ad bravium superne
vocationis dei in Christo Ihesu. Quicumque ergo perfecti sumus hoc
sentiamus. et si quid aliter sapitis. et hoc deus vobis re
velabit. Verumtamen ad quod pervenimus ut idem sapi
amus. et in eadem permaneamus regula. Imitatores
mei estote fratres. et observate eos qui ita ambu
lant. sicut habetis formam nostram. Multi enim am
bulant quos sepe dicebam vobis. nunc autem et flens
dico. inimicos crucis Christi. quorum finis interitus. quorum
deus venter est. et gloria in confusione ipsorum qui terrena sapiunt.
Nostra autem conversatio in celis est. unde etiam salvatorem ex
spectamus dominum nostrum Ihesum Christum. qui reformabit
corpus humilitatis nostre configuratum corpori clarita
tis sue. secundum operationem qua possit et subicere sibi omnia.
Itaque fratres mei karissimi. et desiderantissimi. **III**
gaudium meum et corona mea. sic state in domino karissimi.
Euchodiam rogo. et Sintichen deprecor. id ipsum sapere
in domino. Etiam rogo et te germane compar.
adiuva eas que mecum sunt in evangelio. cum Clemente
et ceteris meis adiutoribus. quorum nomina sunt in libro
vite. Gaudete in domino semper. iterum dico gaudete.
Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. dominus enim prope
est. Nichil solliciti sitis. sed in omni oratione et obsecratio
ne cum gratiarum actione. petitiones vestre innotes
cant apud deum. Et pax dei que exsuperat omnem sen
sum. custodiat corda vestra et intelligentias vestras.
De cetero fratres quecumque sunt vera. quecumque sunt pudica.
quecumque iusta. quecumque sancta. quecumque amabilia. quecumque bone
fame. si qua virtus. si qua laus discipline hec cogi
tate. que et didicistis et accepistis. et audistis. et vi
distis in me hec agite et deus pacis erit vobiscum.
Gavisus sum in domino vehementer quoniam tandem aliquando re
floruistis pro me sentire sicut et sentiebatis. occupa
ti autem eratis. non quasi propter penuriam dico. Ego enim
didici in quibus sum sufficiens esse. Scio et hu

quia non frangor. / quia non erigor.
miliari. et habundare. ubique et in omnibus
institutus sum et saturari et esurire. et ha
bundare. et penuriam pati. Omnia possum in eo
qui me confortat. Verumtamen bene fecistis commu
nicantes tribulationi mee. Scitis autem et vos
philippenses. quod in principio evangelii quando profectus
sum a macedonia. nulla ecclesia michi com
municavit in ratione dati et accepti nisi vos
soli. Qui et tessalonicam semel et bis in usum
michi ministrastis. non quia quero datum sed requiro
fructum habundantem in ratione vestra. Ha
beo autem omnia. et habundo. repletus sum accep
tis ab epafrodito que misistis odorem suavitatis
hostiam acceptam et placentem deo. Deus autem
meus impleat omne desiderium vestrum secundum divi
tias suas. in gloria in Christo Ihesu. Deo autem et patri
nostro gloria in secula seculorum amen. Salutate omnem
sanctum in Christo Ihesu. Salutant vos qui mecum sunt fra
tres. Salutant vos omnes sancti. maxime autem qui
de cesaris domo sunt. Gratia domini nostri Ihesu Christi
cum spiritu vestro. Amen. **Argumentum ad Collo…**

Collosenses. et hii sicut laudicenses sunt Asia
ni. et ipsi preventi erant a pseudo apostolis. nec
ad hos accessit apostolus. sed hos per epistolam corrigit. au
dierant enim verbum ab Archippo. qui et ministerium
in eos accepit. Ergo apostolus iam ligatus **Incipit**
scribit eis ab epheso. per tychicum dyaconem. **epistola**
et onesimum acolitum. **ad Collocenses.**

Paulus apostolus Christi Ihesu per volunta
tem dei. et Timotheus frater hiis qui
sunt colosis sanctis et fidelibus fratribus in
Christo Ihesu. gratia et pax vobis a deo pa
tre nostro. Gratias agimus deo et patri domini
nostri Ihesu Christi. semper pro vobis orantes.
audientes fidem vestram in Christo Ihesu. et dilectionem quam
habetis in sanctos omnes. propter spem que reposita est
vobis in celis. quam audistis in verbo veritatis
evangelii. quod pervenit ad vos. sicut et in universo mun
do. et fructificat et crescit. sicut in vobis ex ea
die qua audistis. et cognovistis gratiam dei
in veritate sicut didicistis ab epafra karissimo
conservo nostro qui est fidelis pro vobis minister
Christi Ihesu. qui etiam manifestavit nobis dilec
tionem vestram in spiritu. Ideo et nos ex qua die
audivimus non cessavimus pro vobis orantes
et postulantes. ut impleamini agnitione
voluntatis dei. in omni sapientia intellectu spiritali
ut ambuletis digne deo per omnia placentes.
in omni opere bono fructificantes. et crescentes
in scientia dei in omni virtute confortati secundum potentiam clari